



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 51. Rex Navarræ partes Clementis suscipit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sed  
ribam  
uades  
Rex!  
novi-  
agen-  
e vix  
cessio  
pote-  
n eos  
anum  
clave  
tum.  
c ni-  
ipes:  
ervi-  
acte-  
osset  
com-  
Ro-  
novi-  
s, ut  
geret  
enif-  
nctis  
cum  
cius  
sina  
num  
ctu-  
ve-  
ensi  
nionensi se submitterent. Sciebat probe, Sæcul. XIV. Clementem scripsisse Regi, Consilio ejus, A. C. 1389. Turoniæque, ac Burgundiæ Ducibus. Quin etiam ipsa litteras a Clemente acceperat. Misit proin suorum clarissimos, qui Regem incitarent, ut alterius partis Principes ad tollendum schisma per litteras induceret. Oratores S. Pauli templo proximum palatium, ubi Rex tunc habitabat, ter adibant: nec responsum nacti offensis recedebant animis. Demum paucis post diebus comperta est elecio Bonifacii.

Mortuo Urbano Burgundiæ Dux, ac ficer ejus Comes Flandriæ Leodienfes Canonicos impellebant, ut schismatis finiendi causa se Clementis partibus adjungerent. Collegium respondit: Per Rayn. 1390. Urbani obitum non definit ejus electio esse legitima, ideoque non minuitur jus successoris ex præscripto canonum cooptati: res veniret in exemplum Præfulibus cunctis, ipsisque Principibus periculosem, si autoritatem eorum vocare in dubium, & obedientiam abjicere licitum subjectis foret. Epistola data est nonis Januarii an. 1390.

### §. LI.

*Rex Navarræ Partes Clementis suscipit.*

Mox dein Navarræ Rex novus Caro-  
Ff 5 lus

Sæcul. XIV. Ius III cognomento Nobilis rejecto neu-  
A. C. 1390. trius partis studio, quod ejus pater ele-

*Duboultai*  
*to. 4. p. 648.* gerat, post sedulas deliberationes Clemen-

*Vitæ PP.* ti se addicebat per patentes litteras Pom-  
*p. 525. 1378.* pejopoli datas 6 Febr. 1389, nempe 1390  
ante Pascha. Persuaserat hoc Regi suus

Cancellarius Martinus Saloa eadem in  
urbe natus, Juris Canonici Doctor, quod  
Avenione tradiderat diu, per Grego-  
rium XI, cui a supplicibus libellis fuerat,  
Episcopus patriæ suæ decretus 16 Dec.  
1377. Erat ex iis, qui potissimum im-  
pugnaverant electionem Urbani VI, & ad  
cooptandum Papam alium Cardinales  
maxime concitaverant. Et vero stabat  
a Clemente, qui eum purpura ornare vo-  
luit, tanquam ea doctrina, iisque mori-  
ribus præeditum, ut inter dignissimos Ec-  
clesiæ Præfuges numerandus esset. At  
tunc repugnabat Martinus Regem Caro-  
lum Malum ad agnoscendum Clementem  
faciliore negotio adducturus ut Episco-  
pus, quam ut Cardinalis. Posteaquam  
vero Carolus Nobilis suum erga Clemen-  
tem studium professus erat, per Viros il-  
lustres ad eum missos effictim oravit, ut  
Martinum faceret Cardinalem. Annuit  
Clemens 21 Julii ex consensu omnium  
Cardinalium. Martinus titulum de S.  
Laurentio *in Lucina* nactus Ecclesiam  
suam in rebus sacris profanisque admini-  
strandam retinuit.

§. LII.